Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

74

sed uoluntas. & excusare possit sarai qd famis
tempore sola regi in peregrinis locis marito
coniuente resistere nequiuerit; Tam potest
& aliter feda necessitas excusari. qd iuxta librũ
hester que cũq; mulierũ placuiss& regi apud
u&eres. sex mensibus ungebatur. oleo mr̃teo,
& sex mensibus in pigmentis uariis erat & cura
tionibus feminarũ. & tunc demũ ingrediebat̃
ad regem; Itaq; ita potest fieri, ut sarai post qp
placuerat regi. dũ p annũ eius ad regem prepa
ratur introitus & abrahe multa donauerit.
Et pharao, postea sit p cussus à dñõ; Illa adhuc
intacta ab eius concubitu p mansit; Sequitur. Cap 13.
Ascendit ergo habram de aegypto ipse & uxor
eius & omĩa, quae habebat, & loth cũ eo ad austra
lem plagam! erat aũ diues ualde in possessione
argenti & auri reuersusq; p iter quo uenerat
a meridie in b⪙ Pulchre de egypto liberatus
ascendisse dicitur ad australem plagam. id est
ad meridiem! non enĩ legitur abram declinasse
aliquando ad occidentẽ. Sed occurrit huic sensui
illud, qd sequitur. quomodo poterit exiens de
egypto fuisse diues ualde? qd soluitur illa